

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

RANDA
ali fice omnes genit
e abus. Berin. sibi
eram peficit via
am rabida vaca venia
bus in Anglia concur
se palauant, num
en in Gallia lo com
incipit, hic m
au. Gallia in Num
nguitoribus filii, &
rubente caudis, &
s folliculis includens
m obtoient, latitud
eatur.

XXX.
NTHERA

QUADRUPEDUM. 327

Iacentem in media via, hominis desiderio, repente ap-
paruisse cuidam. Illum pavore expisse egredi, feram
vero circumvolutari non dubio blandientem, se se con-
flitantem merore, qui etiam in Panthera intelligi
posset. Fœta erat, catulis procul in foveam delapsis.
Primum ergo miserationis fuit non expavescere: pro-
ximum ei curam intendere: secutusque qua trahebat
vestem leni injectu unguium, ut causam doloris intel-
lexit, simulque salutis suæ mercedem, exemit catulos;
eaque cum iis prosequente extra solitudinem deductus,
laetaque atque gestiente, ut facile appareret gratiam re-
ferte, & nihil invicem imputare, quod etiam in homi-
ne ratum est. Vino delestantur, inebristar capiuntur.
Alexandrum Magnum Iavanicae Monarchia fundato-
rem feræ huic Spiritus S. assimilat, Applicationem apud
Cl. Dominum Conradum Graserum, Praeceptorem no-
strum in *Isagoge Historia universalis*, opere nunquam
satis laudato, videbis.

CAPUT XXXI.

DE RANA.

Ranae vere coëunt, vere sequentis anni ova pariunt,
in que medio rana latet abscondita; exclusi ranuni-
culi magni apparent capitis. *Albert. Lutavia* apes ubi
ad aquam accesserint, rapiunt; mortuam comedisse
talpam, observatum. *Albert.* Augusto mense clausum
illis os adeo, ut nec cibi, nec potus, nec vocis usus, &
si manu vel baculo aperire tentaveris, difficulter aperi-
tiatur. *lib. de Nat. rer.* Soboles earum verbasci, nu-
cise foliis, in lacum si injiciantur, necatur. *Aelian.*
Accensa in ripa lucerna, conticescunt obstrepere. *A-
frican. in Geopont.* Sperma Martio primum inventum
mense, tollit, si manus eo laventur, impetriginem:
qui efficaciam illi anno tribuit, vermen cuius paro-
nychia species, digitatum contactu sanandi. *Gesn. A-
gyptie* in naticem cum inciderint, frustum arundinis,
oblique in ore arreptum tenent, sic devorari nequeunt.

Gillius.

Gillius Bufo ex suo trematus regeneratur cinere. At in Datiene, novi orbis provincia, ex guttis mancipiorum dextra cadentibus, dum irrigant pavimenta, illico gignitur. *Martyr* eas in pulices æstate convertit. Causam aëri caenoſo ac fecido adscribit. Si bacillo ſepiuſ verberetur, inflato corpore, vitus primo è clunibus exprimit, lacteis dein quibusdam guttis sudat. *Salvia* delectantur, candemque inficiunt. Hinc periculum, duorum amantium firmatum morte. Cum enim gin-givas foliis ejus sibi invicem confricarent, ſubito extinti sunt, sub effossa luridus bufo inventus. *Mizald. Memorab. Cent. 1. Aphorif. 1.* Similem historiam *Paracelsus* libro de Veneno cap. 2. 4. recenſet. Fridericus Dux Saxoniæ ad Sanguinem fistendum veru ligneo transfixum, & in umbra arefactum, involutum syndone, manu tenendam dedit, donec intra incalceret. Rationem *Gesnerus* in horrorem conicit. *Borax* species est bufonis, fuchi coloris & maximè, ita ut cubitalis efficiatur magnitudinis in terris calidis: & ſolet aliquando parum ſuum in dorſo gelſare. In hujus fronte lapis invenitur. Interdum eſt albus, interdum fuscus, qui probatur, ſi in medio citrinam obtinet guttam. Aliqui os tantum eſſe dicunt: aliqui ex viscosa illa ſuma naſci, quam bufones verno tempore congregati efflant in caput alienus eximii. *Gesner. l. 2. de Oviparis*, ut lapidem eſſe credat, perſuaderi non potest. De Ranis qui plura voluerit *Libavii Batrachiorum libros* legat, inueniet.

C A P U T XXXII. DE RANGIFERO & RHINOCEROTE.

Rangiferum profert septentrio, Norvegia præſertim ac Suecia, cervi ſpecie, corpore tamen maiore & insigni robore. Tres illi coenuum in capite ordines, ita ut in singulis bina ſint, & virgultis circumpoſitum videatur caput. Ex his duo majora cateris: perfectio-